Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25874
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Cap. VII.

Filii autem israhel preuaricati sunt mandatum. et usurpauerunt de anathemate. Nam achan filii charmi. filii zabdi. filii zare. de tribu iuda. tulit aliquid de anathemate. iratusq; est dñs contra filios israel. Cumq; mitteret iosue de iericho uiros contra hai. que est iuxta bethauen ad orientale plagam oppidi bethel. dixit eis. Ascendite et explorate terram. Qui precepta complentes. exploraueri hai. et reuersi dixerunt ei. Non ascendat omnis ppls. sed duo uel tria milia uirorum pugnent et deleant ciuitatem. Que omni ppls frustra uereri contra hostes paucissimos. Ascenderi ergo tria milia pugnatorum. Qui stati terga uertentes. percussi sunt a uiris urbis hai. et corruerunt ex eis triginta et sex homines. secutique sunt eos aduersarii de porta usq; sabarim. et ceciderunt p prona fugientes. Pauuntq; cor ppli. ad mistar aquae liquefacti est.

Filii israel mandatum preuaricant. cum primi illi parentes. pfixum sibi a do obedientiae terminum pretergrediunt. De anathemate usurpant. cum uetite arboris pomum sibi uendicant. Nam achan filii charmi filii habdi. filii zare. de tribu iuda. tulit aliquid de anathemate. Tribulator achan interpretatur. pque adam figurat. qui tribulationem et dolore inuenit. et sua posteritate omnem in tribulationem misit. Qui filii charmi scribit. quod uinea mea dicit. quia ipse uinea dei electa fuit. sic de eo ds p ppham dicit. Ego quidem plantaui te uinea mea electa. omne semen uerum. Quomodo ergo conuersa es in amaritudinem uitis alienae. Filii habdi quod fluxus uehemens uel habundans interpretatur. qa fluxu uehementi uanae gloriae uel habundantia superbiae. adam peccauit. Filii zare. quod orionis uel ortus dicit. quia formatus de limo terrae. locatus in oriente uoluptatis. Qui de tribu iuda esse scribit. quod confessio dicit. qa ad extendu creatorem sibi ab ipso instituta accepit rationem. Hic ergo aliquid de anathemate tollit. cum uetitus gulae illecebra. oculos. concupiscentia. et uitae superbia. cibum uetitum accipit. Dns contra filios israel iratur. quia primi parentis merito toti humano generi ds indignatur. Iosue uiros de iericho contra hai mittit. cum filii di uel de supna ierlm. uel de presenti ecclia nuntios suos contra hunc mundum dirigit. Hai enim confusio interpretatur. quo mundus iste plenus confusionis et miseriae figuratur. Hai iuxta bethauen locatur. quae domus inutilis interpretatur. qa mundus iste uel inepte letiae. uel inutili tristitiae famulatur. Hai ad orientale plagam oppidi bethel estruitur. quae domus dei dicitur. quia mundus iste domus dei celesti ierlm opponitur. quae ad orientem lucis estruitur. Iosue ergo uiros mittens dicit. cum filii dei predicatoribus suis dicit. Ascendite in altum contemplationis. et explorate terram uitae peregrinationis. Vim precepta complent. quia predicatores sei ad obedientiam dei paratos se exhibent. Hai explorant. qa mundi uanitates solliciti esiderant. Reuersi dicunt. cum mente semper ad celestia recurrunt. Non omnis ppls ascendat. qa ueteris et noui testamenti cultus non conuenit. Duo uel tria milia uirorum pugnent. et ciuitatem deleant. scilicet lex. psalterium. et ppheae. uel circumcisionis. sabbati. et sacrificiorum. ritus. mundi uanitatem subuertant. Quam omnis ppls frustra uereretur. contra hostes paucissimos. quare uetus ac noui testamenti doctrina instruat. contra spem malignos. qui sunt paucissimi. qa omnium potentissimi. Tria milia pugnatorum ascendunt. cum lex psalmi. et ppheae. uel circumcisionis et sabbati. ac sacrificiorum. ceremoniae. malignis spibus huius mundi principibus se in certamine opponunt. Qui statim terga uertunt. quia ceremoniae legis carnales. spiritalibus nequeunt obsistere nequeunt. Nichil enim inquit apls. ad perfectum adduxit lex. Pugnatores a uiris hui percutiunt. qa ceremoniarum legalium secretores a spiritalibus nequeunt diuersarum culparum reus efficiunt. Triginta et sex homines ex eis corruunt. qa et in fide recta. et operatione perfecta. cultores legis languescunt. Triginta enim fide sae trinitatis. sex perfectio